

BASILICORUM LIBRI LX

VOL. VII

EDITIONIS BASILICORUM HEIMBACHIANAE

SUPPLEMENTUM ALTERUM

RELIQUIAS LIBRORUM INEDITORUM EX LIBRO RESCRIPTO AMBROSIANO

EDIDERUNT

E. C. FERRINI J. MERCATI

ANTECESSOR TICINENSIS BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE DOCTOR

PRAEFATIONEM VERSIONEM LATINAM NOTAS APPENDICES

ADDIDIT

E. C. FERRINI



LIPSIAE 1897

JOHANNES AMBROSIVS BARTH

MEDIOLANI, ULRICO HOEPLI

VIRO ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

ANTONIO CERIANI

AMBROSIANAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO

E. C. FERRINI J. MERCATI

SEPTEM DECENNIA FELICITER EXACTA

GRATULANTUR

PRAEFATIO.

1. In *Paralipomenis ad Basilica* vir doctissimus C. E. Zachariaeus a Lingenthal lectores monuerat „ne quem vana spes inedita Basilicorum fragmenta in Ambrosiana reperiendi falleret“ (p. 8). Quod vix sperare fas erat, id post obitum optimi viri factum est, ut fragmenta plurima librorum ineditorum in codice palimpsesto, *F*, 106 sup. eiusdem bibliothecae detegerentur. De huius codicis inventione alibi sum locutus¹; eius descriptionem praebuit collega meus J. Mercati.² Secunda codicis scriptura Leonis imperatoris orationes continet; scribendi materia ex quinque anterioribus codicibus parata est, inter quos cum operis praestantia tum foliorum numero longe eminet Basilicorum liber. De his omnibus confer quae disputavit Mercati l. l. Secunda scriptura ad saec. XIII^{um} (vel ad initium saeculi XIVⁱ) est referenda; Basilicorum scriptura ad saec. X^{um} omnino spectare videtur.

2. Huius antiquioris Basilicorum codicis tres fere quartae partes ad nos pervenerunt. Continentur etiam quaedam folia ad Leonis Novellas spectantia, quae, ut videtur, in modum appendicis Basilicorum volumini fuerant adiectae eademque manu perscriptae. Hoc unico volumine opus absolvetur; nam non integri Basilicorum libri, sed excerpta tantum ex singulis libris in modum eclogae continebantur, ita ut ex quattuor *τεύχοις* sive voluminibus, unde Basilicorum exemplaria ante scholia adiecta constabant, unum *τεῦχος* effectum sit. Inde etiam patet quanta operis pars servata sit. Haec autem Basilicorum ecloga codicis nostri scriptori in antiquiore archetypo iam prostabat, ut vel inde colligere licet, quod singulis *τεύχοις* indices sunt praepositi, in quibus ii omittuntur tituli, qui in ipso corpore desiderantur. Non autem omnino index cum ipso corpore congruit in rubricarum lectione; immo nec raro nec modice differt, ut ex nostra editione liquebit (cfr. etiam *In fragmenta indicis observationes* inter Appendices). Quare fit ut indicis ipsius compositio ei tribui nequeat qui eclogam nostram scripsit.³ Ceterum non est mirandum tantae molis opus in brevius a plerisque fuisse contractum, cum emptores sumptibus parcere studerent. Huc quoque pertinet ecloga lib. I—X Basilicorum laurentiana, quae tamen multo serius confecta esse videtur. Etiam in parisiensi codice gr. 1352 loci complures sunt praetermissi.⁴ Sed propius ad nostrum accedit archetypus ille, unde Venturi versio libri Basilicorum LIIIⁱ fluxit, quam prior edidit Zachariaeus a Lingenthal in *Actis regiae academiae scientiarum berolinensis* (1881) et nos in huius nostrae editionis appendice rettulimus. Nam etsi ambrosiani codicis recensio cum venturiana illa non omnimodo conveniat (plura enim fragmenta habet ambrosianus codex, quae apud Venturi desiderantur et contra), tamen ea est operis dispositio ut plane comparanda videatur. Venturi versionem ex textus recensione in brevius contracta manasse, iam vidit Zachariaeus l. l. p. 17; qui tamen non recte coniecit librum LIII^{um} eo facilius posteriore aevo multis praetermissionibus laborasse, quod ius maritimum contineret, in quo nec pauca nec minima fuerant mutata. Videmus enim ex ambrosiano codice totum Basilicorum opus ita fuisse in eclogam redactum; immo liber LIII melius et plenius quam alii complures servatus est. Qui recensionem nostram curavit utilitatem plerumque et rerum usum cottidianum, ut par erat, spectavit; quare ius privatum praesertim et criminum poenas est persecutus; res quae minus in iudiciis frequentarentur et omnia fere quae ad magistratum officia pertinerent, neglegere posse sibi visus est. Cum autem in Codice ambrosiano de locationibus titulus omnino desit, quae sane, ut nemo non videt, inter negotia maxime communia et necessaria sunt, id

¹ *Rendiconti del r. istituto lombardo* 1896 (30. Jan.). Zeitschrift der Sav. Stiftung: Rom. Abth. 1896, p. 329 sqq. ² *Rendiconti del r. istituto lombardo* 1897 (3. Jun.) ³ Cf. Mercati l. l. ⁴ Heimbach *Basil.* VI p. 163, Zachariae v. Lingenthal, *Beiträge zur Kritik u. Rest. der Bas.*, p. 17.

non aliter mihi explicandum videtur, quam si admittamus quaedam folia in archetypo excidisse. Huic praefationi tabula addita est, unde facile perspicui potest, quae partes in rescripto codice ad nos pervenerunt; in ea quaterniones restituti sunt. Hanc tabulam Mercati noster diligenter confecit; cfr. etiam collationem, quam in appendice exhibemus.

3. In hac editione nostra ante omnia partes hactenus ineditas describendas et illustrandas curavimus. Labor longus et improbus fuit; nam seu materiae seu atramenti vitio, seu quod antiquior scriptura a recentiore tecta est, lectio plerumque non nisi post multa conamina cessit. Cum iam editio nostra sub prelo esset, vir clarissimus Paulus Krueger novum subsidium ad veterem scripturam resuscitandam indicavit, quod tamen in iis partibus adhibere non licuit, quae alio iam aceto fuerant tractatae. Quare evenit, ut plura additamenta correctionesque in ipso corpore accipi non potuerunt; ea tamen conguessimus atque in locorum indice significavimus, ut cuique facile paterent. Quaedam hoc loco congerere non prorsus inopportunitum videtur, quae ad XIX^{um} potissimum librum spectant.

TITULUS I.

(fr. 7. § 2. D. 18, 1): Ἐὰν ἀγοράσω πρῶγμα ἑκατὸν νομίσασιν καὶ ὅσου etc.

fr. 11. § 1.

fr. 35 pr. (cfr. p. 14 n. 2): Καὶ χωρὶς ἀρραβῶνος συνίσταται ἡ πρῶσις· ὁ δὲ ἀρραβῶν ἀπόδειξις ἐστι τοῦ συμφωνηθῆναι τὸ τίμημα: —

fr. 37 em.: Οὕτως εἶπεν· ἔστω σοι etc. . . καὶ εὐρέθη

fr. 38 in f.: οὐδε τοῦτο ἔρρωται, ἀλλ' ἄκυρος ἡ πρῶσις: —

Initio p. 15 ultima frⁱ. 46 pars desideratur, cuius postrema verba legi potuerunt: ὑπεξαιροῦνται δὲ οἱ ὀητῶς ἐπιτετραμμένοι: —

fr. 65: Συνεφώνησα μετὰ σου τόσους κερᾶμους ποιῆσαι ἐπὶ τοῦ νομίσματος etc.

ad fr. 67 in marg.: Ὁτι οὐ πιπράσκειται ὅπου . . .

TITULUS VII (in rubrica πρῶθεν [sic]).

ad fr. 10 in marg.: π̄ ἔλευ^ρ.

ib.: Ἐὰν πωλήσω σοι δούλους ἐπὶ τὸ μὴ πειραθῆναι δουλείας ἑτέρου etc.

ad c. 11. In marg.: Ὁ ὥρ. π̄ δούλων προφύγων ἀπὸ ἀνάγκης, ἵνα πιπράσκονται (sic).

fr. 2 (D. 1, 6) in fine: ἐπὶ τὸ μηδέποτε . . ἢ ἐπὶ τὸ . .

c. 1 (IV, 55): Ἐὰν τις.

c. 1 (IV, 57): ἢ καὶ προετελεύτησεν

c. 5 (IV, 57): οὐχ ὑποπίπτει τῷ προστίμῳ, ὡς μὴ δυναμένου ἐλευθερωθῆναι τοῦ etc.

TITULUS VIII. In rubr. περὶ τῆς τῶν κοινῶν.

fr. 4 pr.: δούλον φρυγάδα ἢ περὶ μελλούσης ζημίας πρὶν ἢ ζημιωσθῶ κινεῖν οὐ δύναμαι: —

fr. 6. § 8 (post § 2): Δόλον ποιῶν ὁ πρῶτης περὶ τὸ πρῶθεν, ἐνέχεται τῇ ἀπαιτήσει τοῦ τιμήματος: —

Si emero rem centum nummis et quanti pluris etc.

vide τὴν πείραν.

Et sine arrha consistit venditio; arrha autem demonstrat contrahentes de pretio consensisse.

Sic dixit: Sit tibi fundus . . . et inventus est

neque id valet, sed inutilis est venditio.

[Id et ad procuratorem Caesaris pertinet], excipiuntur autem hi, quibus id specialiter expressum est.

Pactus sum tecum tot amphoras facere pro singulis aureis etc.

Nota quod non venditur . . .

de manumissione (?).

Si ea lege servos tibi vendidero, ne alterius dominium experirentur etc.

Nota opportunam (regulam). De servis ex necessitate fugientibus, ut veneant.

Versio non mutat.

— — — — —
vel etiam praemortuus est

non committit poenam, cum mancipium liberum fieri nequeat etc.

servum fugitivum vel de futuro damno, antequam id sentiam, agere nequeo.

Dolum si faciat venditor in re vendita, tenetur venditi actione.

fr. 11. § 14: προφάσει τῶν ἄλλων τῶν ἐξ ἔθους.

fr. 11. § 17: ἐπὶ τῇ προσθήκῃ.

fr. 29 l. κθ'.

fr. 48: ἀναγκάζομαι τὰ δικαιώματα καὶ τοὺς ὄρους αὐτοῦ [ἀγροῦ] δεικνῦναι: —

fr. 55: ἐπερωτᾶται δίδοσθαι αὐτόν: —

ξγ' (p. 19: est c. 11. C. IV, 49): Ὁ πρῶτος μετὰ παράδοσιν τὸ πρῶτον ἀνδράποδον οὐ δύναται ἐλευθερώσαι, πρὸ δὲ τῆς παραδόσεως δύναται [ἀλλὰ τῷ ἀγοραστῇ] ἐνέχεται τῇ [ἐπὶ τῆς πρῶσεως ἀγωγῇ].

c. 14: Ὁ ἀγοραστής τῶν οἰκετῶν καλῶς ἐπερωτᾷ παραδοθῆναι αὐτοὺς etc.

c. 4 (IV, 51): τῷ δανειστῇ μου οὐδὲν πρόκριμα ποιεῖ, ἀλλὰ δύναμαι etc.

c. 1 (IV, 52): ἐπὶ τῷ πράγματι ἀγωγὴν περὶ δεσποτείας ἢ etc.

c. 4: στρατιώτης εἶη: —

TITULUS X.

fr. 1. § 8: οὐ μὴν τυχόν τε καὶ ἐλαφρόν . . . ταῦτα . . . ὡσ[αν]εὶ καταφρονητικὰ etc. Ad § 9 in marg.: Γνωθὶ κεφ. ἐκ διαλημμάτων (sic, ut vid.).

fr. 14, § 9: καὶ περὶ τῆς ὑγείας τῶν λοιπῶν ἐπαγγέλλεσθαι. εἰ μὲντοι τὸ πάθος εἰδὼς ἐπίτηδες σιωπήσει, etc.

Sequuntur haec:

Ὁ καταφεύγων εἰς τόπον ἄσυλον ἢ βασιλικὸς ἀνδριάντας ἢ ἔνθα πρᾶσιν ἐξαιτῶνται, φυγὰς οὐκ ἔστιν, ἐπειδὴ τοῦτο [οὐ φεύγοντος διανοίᾳ ἐποίησεν], εἰ μὴ ἄρα μετὰ τὸ φυγεῖν τοῦτο πέπραχεν: —

fr. 17. § 12.

ιε'. Φυγὰς ἔστιν ὁ ἀπελθὼν, ὅθεν ὁ δεσπότης αὐτὸν ἀναλαβεῖν ἢ ἀποσπᾶσαι οὐ δύναται: —

fr. 17. § 13.

Ῥεμβός ἐστι μικρὸς φυγὰς καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁ φυγὰς μέγας ῥεμβός ἐστιν. κυρίως δὲ ῥεμβός ἐστιν, ὃς συνεχῶς ἀναίτιως πλανώμενος καὶ τοὺς καιροὺς εἰς ἀνώνητα πράγματα δαπανῶν βραδέως εἰς τὸν οἶκον ἐπιστρέφει: —

fr. 17. § 14.

Ἐάν τι προσεῖναι τῷ δούλῳ χρήσιμον ὁ πρῶτης διαβεβαιώσεται, τυχόν ὅτι σπουδαῖος ἢ ποριστικός, οὐκ εἰς ἄκρον ἀπαιτοῦμεν αὐτὰ προσεῖναι, ἀλλὰ μέσως. εἰ μὲντοι τάναντία τῶν διαβεβαιωθέντων ἔχων εὐρεθῆ, κινεῖ ὁ ἀγοραστής τὴν ἀναστρέφουσαν τὸ πρῶτον ἢ τὴν μειοῦσαν τὸ τίμημα ἀγωγὴν: —

fr. 18 pr.

Ὁ εἰπὼν ἄριστον εἶναι μάγειρον τὸν δούλον χροεωστὲ μάγειρον ἄριστον παρασχεῖν. ὁ δὲ

[nihil ab eo petitur] propter cetera, quae solent etc.

cogor instrumenta et fines eius [fundis?] ostendere.

promittit eum dari.

Venditor post traditionem mancipium venditum non potest manumittere, sed ante traditionem potest; [venditori autem] tenetur [venditi actione].

Servorum emptor recte stipulatur eos sibi tradi etc.

creditori meo nullum praeiudicium facit, sed possum etc.

In versione nihil deest.

non vero quodlibet et leve . . . Versio ceterorum non est mutanda.

et de ceterorum sanitate promittere. quod si vitium sciens consulto reticuerit, etc.

Qui confugit in asylum vel ad statuas Caesaris vel ubi se venales postulant, non est fugitivus, quoniam [non fugiendi consilio id fecit], nisi forte post fugam id egit.

Fugitivus est qui eo se contulit, unde dominus eum recipere vel abducere non potest.

Erro est pusillus fugitivus et contra fugitivus est magnus erro; proprie autem erro est is, qui frequenter sine causa vagatur et tempora in res nugatorias consumens, serius domum redit.

Si quam utilitatem servo adesse venditor affirmaverit, veluti constantem aut laboriosum eum esse, non ad summum eiusmodi adesse exigimus, sed modice. quod si contraria eorum quae affirmata sint, (servus) habens inventus fuerit, experitur emptor redhibitoria actione aut quanti minoris.

Qui dixit optimum coquum esse servum debet coquum optimum praestare; qui coquum simpliciter

μάγειρον ἀπλῶς εἰπὼν καὶ μέσον δίδωσιν. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τεχνῶν τὸ αὐτό. καὶ ἐὰν ἀπλῶς εἴπῃ τὸν δοῦλον πεκούλιον ἔχειν, ἀρκεῖ καὶ τὸ ἐλάχιστον ἔχειν: —

fr. 18. § 1. 2.

Εἴσω ἕξ μηνῶν ὑτιλίων ἀριθμουμένων ἀπὸ τοῦ καιροῦ [τῆς πράσεως ἢ ἀναστρέφουσα] τὸ προαθὲν ἀγωγὴ κινεῖται· ἢ δὲ μειοῦσα τὸ τίμημα ἀγωγὴ εἴσω ὑτιλίῳ ἐνιαυτοῦ: —

fr. 19. § 6.

Εἰ δὲ τι ἐλέχθη ἢ ἐπαγγέλθη, ἕκτοτε ἀριθμεῖται. εἰ μὲντοι πρὸ τῆς [πράσεως γέγονεν] ἢ ἐπαγγελία, μετὰ δὲ τινὰς ἡμέρας ἢ ἐπερώτησις, ἐκ τῆς προτέρας αἰτίας παραχρῆμα δύναται κινεῖν: —

fr. 19. § 6. 20.

Ταῖς [ποινα]λίαις ἀγωγαῖς ἀεδιλiciais ἐνάγονται etc.

(fr. 23. § 6.)

In f.: τὴν ἀναστρέφουσαν τὸ προαθὲν ἀγωγὴν: —

fr. 32: προλέγειν καὶ ἐπερωτᾶσθαι ὀφείλει . . . οὐ μόνον ἐνθα ῥητόν τι προστίθεται, ὡς παῦλος, ἀλλ' εἰ καὶ γενικῶς etc.

fr. 35: ἐὰν ἄνευ μεγάλης ζημίας οὐ δύναται χωρισθῆναι ἢ διὰ διάθεσιν (?), ὡς . . . ἢ συνοικοῦντες ἄλλ.

fr. 36: καὶ δι' ἕνα κινεῖται ἢ ἀγωγὴ, τῆς καλ-
λονῆς αὐτοῦ γίνεται ἢ ἀποτίμησις . . . δι' ἑκάστου, ἢ διατίμησις τούτου, περὶ οὗ ἐστὶν ἢ ζήτησις, σκοπεῖται καὶ πρὸς etc.

fr. 38. § 7: Εἴσι τινὰ πάθη τῶν ἀνθρώπων . . . [ὡς εἰ ἡμίονός] ἐστὶν ἐκτεμνόμενος μήτε ἀσθενέστερος μήτε ἄχρηστος γενόμενος καὶ τούτου γὰρ χωρὶς οὐ γονοποιεῖ· οὔτε δὲ πάντα τὰ ἐκτεμνόμενα ζῶα ἐμπαθῆ ἐστὶν, εἰ μὴ γεγόνασιν ἐντεῦθεν ἀσθενέστερα: —

fr. 38. § 14 in f.: παντὸς πλήθους ἐνὶ τιμῆ-
ματος προαθέντων, εἰ μὴ ἄρα οὐ δύναται χωρισθῆναι: —

λη'. ὡς ἐπὶ τραγωδῶν ἢ μίμων ἢ ἀδελφῶν [οὔτοι] γὰρ οὐ χωρισθήσονται: —

[fr. 38. § 14 fin. 39, 40 pr.]

Ὁ κύνα ἄγριον etc.

μ'. εἰς τὸ φερόμενον (sic).

fr. 35: . . . ὠμερισμένος (sic) ὅτε ἐλάν-
θανεν αἴτιον τοῦ φρυγάδος ἀγοραστήν: —

c. 3 (IV, 53) . . . οἴονται πιστεύεσθαι . . . περὶ μέλλοντα ἐπαγγελλόμενον, ἀλλὰ ὅμως διὰ τὴν τοῦ συναλλάγματος πίστιν ἐκ τοῦ etc.

c. 5 (IV, 44). [Ἡ κατά] δόλον [πράσις] ἄχρη-
στος· εἰ δὲ πίστι ἀγαθῆ ἐγενήθη, ἐρωταί, ἐν ᾧ μείζων ἦν τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν ὁ πρᾶτης: —

c. 14: Οὐ δύναται ὁ πρᾶτης ἀνατρέπειν τὴν πρᾶσιν ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι etc. (οβ' in cod. pro οη').

ait etiam mediocrem dare potest. et idem dicen-
dum est de ceteris artificiiis. et si dixerit simpli-
citer servum peculium habere, sufficit et si mini-
mum habeat.

Intra sex menses utiles a tempore venditionis
numeratos redhibitoria actio exercetur; actio autem
quanti minoris intra annum utilem.

Si vero quid dictum promissumve sit, inde
numeratur (tempus). quod si ante venditionem
dictum intercesserit, postque aliquot dies stipulatio,
ex priore causa statim agi potest.

Poenalibus aediliciis actionibus tenentur etc.

Versio non est mutanda.

praedicere et promittere debet . . . non solum
cum specialiter mancipium additur, veluti Paulus,
sed etiam si generaliter etc.

Si sine magno incommodo separari non possunt,
propter pietatem, veluti vel contubernales.

et propter unum exercetur actio, bonitatis eius
fit aestimatio aestimatio eius, de quo quaeritur,
inspicitur etc.

Sunt quidam hominum morbi [qui in iumentis
non tales habentur, veluti si mulus est] castratus,
neque debilior neque inutilis inde factus; nam et
praeter id ad generandum non est aptus; neque
omnia castrata animalia vitiosa sunt, nisi inde
debiliora sint facta.

omni multitudo uno pretio distracta, nisi forte
separari non possint.

ut in tragedis vel mimis vel fratribus: [hi]
enim non separabuntur.

Canem ferocem etc.

— — — — —
. . . cum lateret fugitivi vitium emptorem.

existimant . . . de futuris promittens; attamen
propter contractus fidem ex continentī si pactum
fiat etc.

Per dolum facta venditio inutilis est; sin autem
bona fide facta sit, valet, cum maior fuerit vendi-
tor viginti quinque annis.

Non potest venditor rescindere venditionem,
dicens etc.

TITULUS XIX.

c. 10: ἐκκηνηθῆτι, αὐτὸς κινδυνεύει etc.

evicta sit aliqua pars, ipsius periculo id fit etc.

LIBER XXX, TITULUS I.

fr. 33. § 1: εἰς τὴν γυναῖκα.

c. 8: ἔδαπάνησεν, ἀπαι[τεῖσθαι οὐ] δ[ύναται]ται·
εἰ δὲ πλουσιωτέρα γέγονεν, ἐξεστίν... τῷ ἀνδρὶ: —si quidem consumpsit, repeti non possunt; si
vero locupletior facta, licet viro . . .c. 10: τὸ γεγονός, οὐδὲ δύναται ὁ τούτου πηρ
ἀφαιρεῖσθαι τὰ πράγματα, οὐδὲ ἐπὶ ἐγκλήματι
λέγων ὑπὸ τῆς γαμετῆς [ἀνααιρεθῆναι] τὸν νόον·
[κχωρίζεται γὰρ ἡ τοῦ ἐγκλήματος αἰτία] ἀπὸ
τῶν δωρεῶν: —neque potest eius pater auferre res ne si qui-
dem crimen obiciat, dicens filium ab uxore occi-
sum esse; separata est enim criminis causa a dona-
tionibus.c. 16: τὸ ὄνσακὸν γενέσθαι παρασκευάσῃ,
αὐτῷ δὲ παραδοθῶσι τὰ κτήματα, δεσπόζεται
αὐτὸς τοῦ ἀγροῦ καὶ δύναται . . . εἰ δὲ ἐκείνη
παρεδόθησαν τὰ κτήματα, τὰ διδόμενα μὲν ἐκεί-
νης γέγονεν, cet.emptionis instrumentum fieri curavit, ei autem
praedia sint tradita, ipse fundi dominus fit et potest
contra uxorem ea detinentem vel contra heredes
eius in rem agere; quod si mulieri praedia sint
tradita, data quidem eius sunt facta, sed ipse etc.

LIBER XXXI, TITULUS II.

fr. 1. § 3 in f.: adde ἐστίν: —

est.

c. 1 (VIII, 8): ἡ ἀλήθεια φανεῖη· κινεῖτω αὐτὸ
ἢ μηρ: —

ut veritas pateat: experiatur autem eo mater.

LIBER XXXII, TITULUS I.

Nov. 12, 11: corr. ἀφίκνουντο.

LIBER XXXIII, TITULUS II.

c. 3 (VIII, 51): ἀλλὰ μηδὲ ὁ λαβὼν καὶ θρόνως
ἐαυτῷ καταδουλοῦτω ἐπὶ προσφάσει τροφῶν ἀλλ'
. . . πατρωνικά δίκαια ἐκδικεῖτω ἐπ' αὐτὸν . .sed neque qui suscepit et aluit sibi servum eum
faciat sub praetextu alimentorum . . . patroni iura
vindicat in eum . . .

In hac vero editione conficienda id nobis curae fuit, ut codicis textus quam optime fieri posset repraesentaretur, cum de codice et antiquissimo et quod ad partes integre descriptas attinet unico agatur. Errores tamen quosdam tacite correximus, quos ut referremus nulla idonea ratio suadebat; itacismos praesertim, quibus singulae fere codicis lineae laborant necnon solemnem *o* et *ω* inter se promiscuum usum. Cum autem de verbis latinis ad graecam formam redactis ageretur, operae pretium duximus ea diligentissime transcribere. Quod autem ad legis rhodiae capitula pertinet, vide quae inferius monebimus. Coniecturas paucas admodum et maxime necessarias admisi. Graeco textui latinam versionem addidi; quae ut κατὰ πόδας verbum per verbum redderet, salva rerum significatione, curavi. Notas paucas adieci, quae vel codicis errores, vel fontes indicarent, in quibus idem Basilicorum locus servaretur. Scio fore plerosque, qui amplioribus notis opus instructum non esse querentur; eas tamen consulto perstrinxi cum aliis de causis, tum ne operis moles nimium cresceret.

Legis rhodiae capitula post multas dubitationes edenda putavimus. Arbitratus est quidem vir in disciplina nostra facile princeps C. E. Zachariaeus (*Paralipomena* p. 7; cfr. *Geschichte des griech.-röm. Rechts*, 3^a ed., p. 318. 316) legem rhodiam primitus a Basilicis fuisse alienam. Sed vix probabilem rationem attulisse mihi videtur; nunc vero cum ex antiquissimo libro ambrosiano videamus hanc legem etiam in eclogis seculo IX vel X ex Basilicis confectis contentam fuisse, novo exemplo patet quam fallax sit ingeniosissimi cuiusquam opinio divinatricis! Ceterum ad legem denuo edendam hortabatur ipsius textus barbarica prorsus forma, quae genuinam indolem redolet et a ceteris hucusque cognitis recensionibus longe distat. Eam diligenter referre studuimus, cum ad graecae linguae isauricis temporibus fata illustranda magnopere conferre possit. In hac igitur operis parte etiam itacismos ceteraque orthographica sphalmata, omnem sermonis inaequalitatem et scabritiem incunctanter rettulimus, ne sub praetextu corrigendi et emendandi singularem aliquem dicendi aut scribendi modum tolleremus.

4. Textus autem, qui in codice nostro continetur, plerumque bonus correctusque apparet, antiquioremque speciem praesefert, utputa artis vocabula nondum in graecum sermonem translata. Plura tamen propter homoeoteleuton ceciderunt, quae singula qualia sint suis locis proponam. Codex ipsa prima manu saepe emendatus est; utrum semel iterumve alia manu correctiones introductae sint necne, incertum manet. Si ceteras Basilicorum recensiones adhibeamus, firmabitur aequae de textus praestantia iudicium. Nam cum in libris XLVI—LII ambrosianus codex saepius cum cod. paris. gr. 1357 conveniat, qui ex antiquo et perbono, ut videtur, archetypo descriptus est, (illo sane quem adhuc Cuiacius libros XLVI—LX continentem tractavit), inde non minimum de lectionis sinceritate ac fide argumentum deducitur. Quod si liber noster passim a lectione vulgo tradita recedit atque cum maiore Basilicorum Synopsi congruit, id eo factum est, quod Synopsis ipsa ex vetustis exemplaribus pendens integrum textum aut certe emendatiorem praebet. Quod non raro ibi quoque intellegendum est, ubi prima facie mendum inesse videtur; agitur enim de orationis forma apud byzantios recepta (e. gr. in lib. XXIX, tit. I c. 116 habet A *ἵνα καρποῦται*, ut Syn. atque — si ex Fabroti editione quid de eius fontibus conicere licet — Cod. par. gr. 1348: quae constructio apud Theophanem quoque invenienda est), aut de genuinae cuiusdam lectionis corruptela, pro qua serius alia loci sanandi causa substituta sunt. Ceterum admonendi sumus non semel neque iterum tantum librum ambrosianum ad latinum Digestorum Codicisve textum propius accedere eiusdemque ordinem in vulgatis Basilicis mirum quantum turbatum referre. Interdum neque admodum raro Digestorum, Codicis, Novellarum (in LX^o libro etiam Prochiri) fragmenta in ambrosiano libro reddita inveniuntur, quae in ceteris exemplaribus desunt, ut cuique collationem ambrosiani libri, quae in fine voluminis edita est, perlegenti facile patebit.

Praeterea notandum est passim (in prioribus libris praesertim) pro Novellarum textu Theodori compendium exhiberi vel pro Thalelaei *τῶ πλάτει* constitutionis summarium; contra quibusdam libri sexagesimi locis eiusdem *τὸ κατὰ πόδας* (quod in editionibus inter scholia vetera positum est) pro summario exhiberi. Id quoque eo fieri potuisse, quia talis esset genuina Basilicorum scriptura, fateri oportet; cum vero Basilicorum possessores in margine alias versiones describere solerent, quae facile in ipso textu recipi potuerunt, tutius videtur nullum de iis iudicium proferre. Neminem autem extitutum puto, qui consilium nostrum collationem integram libri ambrosiani cum heimbachiana editione instituendi atque edendi non probet. Eam ipse disposui atque recensui, Mercati noster exsecutus est; quantum adsiduitati oculorumque eius aciei debeamus, harum rerum periti iudicabunt. Diuturni laboris fructus non solum in pluribus locis sanatis vel ad meliorem formam redactis consistit, sed in locis non paucis nunc primum restitutis, quos aut deperditos aut nunquam in Basilicis receptos viri docti arbitrabantur.

Scholia quaedam ambrosiano libro addita sunt. Saepius (praesertim in posterioribus libris) Digestorum Institutionum Codicis Novellarum Prochiri loci indicantur, unde Basilicorum textus sumptus est. Plerumque refertur eiusmodi indicatio ad singulorum titulorum rubricas; interdum in ipso corpore singulis capitibus adicitur. In libri XXXVⁱ titulis II^o atque III^o Codicis versio Anatolio tribuitur; ceterum versionis auctor laudari non solet. Reliqua scholia aut de capitibus argumento breviter enarrant (ut in scholiis libri XVIIIⁱ praesertim videre est), aut verba latina graece vertunt (id quod in libro LX^o plerumque evenit). Plures notae in margine conspicuae sunt, quarum non semper sensum adsequi potuimus. De his vide ea quae disseruit Mercati *Rendiconti* l. l.

5. Praeter collationem integram, cuius ope liber ambrosianus penitus illustratur, locorum verborumque indices, quorum auxilium studiosis deficere nequit,¹ alia in Appendice posui, de quibus nunc breviter dicendum est. Liber primus Basilicorum a Zachariaeo a Lingenthal in opusculo, quod inscribitur *Beiträge zur Kritik und Restitution der Basiliken* (Mémoires de l'Académie Impériale: St. Pétersbourg 1877), nova prorsus ratione restitutus est. Probavit enim vir doctissimus eius recensionem, quae in duobus codicibus parisiensibus servatur (Coisl. 151, Par. gr. 1352) interpolationibus additamentisque omnigenis auctam mutatamque esse. Nam ut de aliis taceam, amplam Thalelaei expositionem constitutionum summario substitutam esse, non tantum ceterorum librorum exemplo conicere

¹ Verborum index plenior atque observationibus de re philologa praesertim instructus alibi vulgabitur.

licet, sed luculentissimis testimoniis Balsamonis, Michaelis Theodorique in Photium (apud Pitram I. E. G. II 445 sqq.), Synopsis, Basilicorum scholiorum plane evincitur. Omnium istorum testimoniorum consensus illorum codicum, quorum prior longe recentior quam Heimbachius existimavit, alter et recens est et deterioris notae, fidem exsuperat. Certior factus sum olim Zachariaeum de supplemento heimbachianae editionis edendo cogitasse, cum alia tum hanc libri primi restitutionem repetitam contenturo. Hoc magistri optatissimi votum libens solvi; notas latine verti atque in commodiorem usum disposui. In notis testimonia allata sunt, ex quibus singulorum capitum restitutio pendet. Fugit me (id quod nunc suppleo) eundem Zachariaeum alibi (*Paralipomena* Praefatio, p. 4) monuisse caput IX^{um} libri Iⁱ (qui unicum amplectitur titulum) ita ex Pitra II 531 posse restitui: *αἱ μὲν ἀθέμιται θυσίαι καὶ θρησκείαι κολυέσθωσαν· ἰλάρια δὲ ἐν ταῖς πόλεσι γινέσθωσαν καὶ σύνοδοι καὶ συμπόσια.* Est const. 4 Cod. I, 11. Latine sic verto: „Illicita sacrificia atque ritus prohibeantur; laeti autem in civitatibus fiant conventus atque convivium“.

Item libri LIIIⁱ latinam versionem Venturi, de qua supra locuti sumus, rursus edendam constitui. Libri LIIIⁱ magnam partem ex codice ambrosiano recipravimus; cum autem loci complures desiderarentur, necessarium mihi visum est illam quoque versionem addere, ut omnia, quae hodie noscuntur, ad librum restituendum subsidia Basilicorum supplementum praeberet. Notas quasdam ex Zachariaeo latine reddidi, quasdam ipse apposui; riccardiani codicis apographum misit vir humanissimus S. Minocehi, cui gratias agere et decet et libet. De ipsa Venturi versione confer ea, quae Zachariaeus et in Actis Academiae Berolinensis (a 1881) et in Paralipomenis suis disputavit.

6. Locorum Basilicorum in heimbachiana editione desideratorum segetem satis amplam congressi, quam cum latina versione item publici iuris faciendam statui. Ante omnia ex Cuiacio quaedam collegi, praesertim ex Commentario ad libros III posteriores Codicis, quae ad notitiam librorum LIII—LIX pertinent, qui in Basilicorum tomo hodie deperdito continebantur: non pauca, ut legenti apparebit, Heimbachius vel non vidit vel neglexit. Deinde quosdam locos codices manu scripti suppeditaverunt, idest Cod. Ambr. L, 49 sup. et Cod. Vallicellianus E 55. Hic liber praeter alia Prochirum auctum continet secundum eam recensionem, quam Zachariaeus noster *vaticanam* appellavit, estque — ut idem Zachariaeus in Praefatione Epanagoges animadvertit — „additamentis variis conspicuus“. Horum addimentorum naturam *ἀντόπτῆς* penitus cognoscere potui. Sunt fragmenta ex Basilicis sumpta, quorum non minima pars ad libros, qui perierunt, et praesertim ad lib. XVIII pertinent; sed ad unum vel duo fere omnia in Synopsi maiore redeunt.

Plura hausi ex operibus Demetrii Chomatani, quorum editio a viro eminentissimo J. Pitra parata post mortem eius in lucem apparuit. Hanc editionem Zachariaeus ipse in Prolegomenis ignoravit. Egregiam locorum vim ex Basilicis eorumque scholiis tam vetustioribus quam recentioribus episcopus et iuris et litterarum peritus in epistulis consultationibusque suis recepit, quorum plures hactenus ignorabantur: eos collegi, notis latinaque versione instruxi; editio enim, cuius mentionem feci, graecum tantummodo textum exhibet.

Alia fragmenta iam ex variis iuris tractatibus Zachariaeus in opere laudato *Beiträge* cet. adunaverat, quae in hoc Supplemento repetenda esse nullus dubitavi. Quod tamen ad locos ex Epanagoge aucta desumptos, monendi sumus non semper eos ad litteram Basilicorum textum repraesentare, ut exemplis docemur, in quibus utrumque opus conferre licet.

TABULA A I. MERCATI

confecta qua restitutio quaternionum libri Basilicorum ambrosiani continetur.

Liber II quat. ?	+	201	162	173	170	165	206	+
Liber VI—VII q. ι'	222	209	156	193	198	155	214	217
Liber VII—VIII (q. $\iota\alpha'$)	178	187	243	221	218	242	188	181
Liber IX (q. $\iota\beta'$)	+	238	180 ^{bis}	+	+	179	231	+
Liber X—XII (q. $\iota\gamma'$)	+	223	208	171	172	215	216	+
Liber XII—XV (q. $\iota\delta'$)	194	+	210	248	253	213	+	197
Liber XV—XVIII (q. $\iota\epsilon'$)	245	+	249	203	204	252	+	240
Liber XVIII—XIX q. $\iota\zeta'$	166	+	246	189	186	239	+	161
Liber XIX—XXII (q. $\iota\eta'$)	169	219	224	191	184	230	220	170
Liber XXII—XXV (q. $\iota\theta'$)	158	159	202	183	176	205	152	153
Liber XXV—XXVI (q. $\iota\vartheta'$)	182	185	154	+	+	157	190	177
Liber XXVI—XXVIII (p. κ')	196	179 ^{bis}	164	+	+	163	180	195
Liber XXVIII (q. $\kappa\alpha'$)	192	232	168	211	212	175	237	199
Liber XXVIII—XXVIII (q. $\kappa\beta'$)	160	207	+	234	235	+	200	167
Liber XXIX—XXX (q. $\kappa\gamma'$)	7	4 ^{bis}	2	3	5	6	4	1

TABULA QUA RESTITUTIO QUATERNIONUM

Liber XXX—XXXIII q. $\alpha\delta'$	38	39	12	25	30	11	32	33
Liber XXXIII—XXXV q. $\alpha\varepsilon'$	61	41	28	23	16	27	46	56
Liber XXXV q. $\alpha\zeta'$	63	227	+	78	71	+	228	70

Quaterniones $\alpha\zeta'$ et $\alpha\eta'$ omnino perierunt.

Liber XXXVIII—XL q. $\alpha\theta'$	52	35	53 ^{bis}	236	233	49	36	51
Liber XL—XLI q. λ'	57	17	26	15	8	29	22	60
Liber XLI (q. $\lambda\alpha'$)	+	+	44	21	18	43	+	+
Liber XLII—XLIV q. $\lambda\beta'$	40	54	24	62	55	31	48	47
Liber XLIV (q. $\lambda\gamma'$)	+	86	+	76	73	+	79	+
Liber XLIV (q. $\lambda\delta'$)	+	66	91	68	65	90	67	+
Liber XLIV—XLVI (q. $\lambda\varepsilon'$)	10	9	+	45	42	+	14	13

Quaternio $\lambda\zeta'$ desideratur.

Liber XLVIII—L q. $\lambda\varsigma'$	241	82	229 ^{bis}	91 ^{bis}	89	225	83	244
Liber L—LIII q. λ' [η']	226	92	87	88	93	94	88 ^{bis}	229
Liber LIII—LIV q. $\lambda\theta'$	69	80	77	+	+	72	85	64
Liber LIV q. μ'	20	37	50	58	59	53	34	19
Liber LIV—LVIII q. $\mu\alpha'$	81	250	+	74	75	+	251	84
Liber LVIII—LX q. $\mu\beta'$	95	112	121	120	125	124	117	102
Liber LX (q. $\mu\gamma'$)	99	+	+	100	97	+	+	98

Liber LX (q. $\mu\delta'$)	103 118 105 96 101 108 111 110
	┌──────────────────────────────────┐
Liber LX (q. $\mu\epsilon'$)	135 116 145 122 123 149 113 142
	┌──────────────────────────────────┐
Liber LX (q. $\mu\zeta'$)	141 144 143 ^{bis} 106 107 146 150 136
	┌──────────────────────────────────┐
Liber LX q. $\mu\zeta''$	143 + 119 128 133 126 + 151
	┌──────────────────────────────────┐
Liber LX (q. $\mu\eta'$)	+ 104 115 + + 114 109 +
	┌──────────────────────────────────┐
Novellae Leonis Imp. (q. ?)	127 138 137 147 148 140 139 134
	┌──────────────────────────────────┐

